



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De quibusdam propositionibus ex Paraphrastæ, vel Typographorum  
inadvertentia depravatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. *Bethabara pro Bethania* Joan. i. ac deni-  
A.C. 1527. que *Melite pro Mitilene*.

De quibusdam propositionibus ex  
Paraphrastæ vel Typrographo-  
rum inadvertentia de-  
pravatis.

**R**eprehenditur etiam Erasmus de qui-  
busdam erroribus, qui ex incuria  
irrepserunt: hos inter observatur. I.  
Quod Auctor in caput decimum S. Mat-  
thæi dixerit, sanctum Judam Apostolum  
fuisse Jacobi filium, cum tamen illius  
frater fuerit. II. In capite secundo Lu-  
cæ Erasmus posuit *Bethleem* pro *Naza-*  
*reth*, cum tamen S. Lucas ita scribat:  
*Reversi sunt Parentes Jesu in civitatem suam*  
*Nazareth*. III. In caput i. Joannis No-  
men *Nathanael* transmutavit Erasmus in  
Nomen *Philippus*. Plures insuper ejus-  
modi errores notabantur: postremo au-  
tem Facultas hunc articulum absolvit  
adductis quatuor propositionibus, de  
quibus affirmat: *Quod Erasmus minus re-*  
*de Paraphrastæ officio funditus sit, eo quod*  
*sensum, ubi aperire debuisset, non aperue-*  
*rit, cum tamen per alios Catholicos Docto-*  
*res clare explicetur: nam certum est, quan-*  
*tum ad primam, non licere viro ducere ali-*  
*am uxorem, propria etiam adulterante, cum*  
*sit omne vinculum Matrimonii inter Fideles*  
jure

jure divino & naturali indissolubile, nisi Sæc. XVI.  
 interveniat Religionis soleme votum, post A.C 1527.  
Matrimonium ratum & non consummatum.  
 Quantum vero ad secundam, certum est diem  
 & horam ultimi judicii nosse Filium Homi-  
 nis secundum Humanitatem, cum ipse sciret  
 omnia, quæ ventura erant super eum, &  
 dederit Pater omne Judicium Filio, ut Fi- Matth. 19.  
 lius Hominis est, licet illud non dederit, ut & 24.  
 ante constitutum tempus passim hominibus dies  
 & hora illa judicii reveletur. Quantum au-  
 tem ad tertiam & quartam, ideo orare di-  
 citur Spiritus sanctus, & ingemiscere, qui  
 sua gratia fideles orantes reddat, & inge-  
 mescentes pro suis iniuritatibus & peccatis, Rom. 8.  
 aut aliis piis & justis caussis, ut uniformis  
 est Catholicorum Doctorum explicatio &  
 sententia.

### De Meritis.

Videtur Erasmus omnem meritis vir-  
 tutem abrogare, hinc Facultas octo  
 illius propositiones damnavit. Harum  
 prima est: *Merita vix constituere potest S. Augustinus.* Hæc propositio, inquiunt  
 Doctores, ad impiam Lutheri doctrinam de  
 fide & operibus accedit.

II. *Christus liberat universos ab omni-  
 bus animarum morbis, tantum ut morbum  
 agnoscamus & fidamus Medico.*

X 4

III.